

Gregor. Lop. *supr.* Quibus addenda est alia ex Falgolio in *dist. s. eodem jure, in fine.* cujus alibi meminimus, quando venditor egestate tentus, nequivit ullo tempore pretium restituere; nam impedito agere praescriptio non nocet: *d. l. 1. C. de annal. except.* quam non admittit Barbof. in *d. l. cum notissimi*, nu. 82. per textum in *l. continuus 137. §. illud, ff. de verb. obligat.* quo probatur, paupertate non excusari à mora debitorem; Sed responderi potest, ibi tractari de creditore agente ad id, quod sibi debetur, cui favere aequum est; nos autem de excludenda praescriptione, quae odiosa est, atque ita Merl. n. 36. concedit; saltem ex hac causa esse eum, contra quem est praescriptum, restitutione juvandum.

Est notandum, jus redimendi ex pacto retrovenditionis, cedi aliis posse, Olea de *ces. jur. tit. 3. quest. 2. nu. 37.* Noalis de *transmi. cas. 57. num. 6.* Hermosill. ex multis, *supr. gloss. 2. nu. 1.* Amat. *var. tom. 1. resol. 13.* Utrum autem minori competat restitutio contra lapsum temporis ad redimendum? docent Ant. Gom. *d. cap. 2. num. 27. vers. Quero tamen*, & alii, quos refert Barbof. in *d. l. 2. numero 35. 36.*

Ad Num. 8.

52 Haec sententia, quod jus redimendi censum redimibilem nunquam praescribitur, approbavit postea Pius Quintus suo Moruproprrio, edito *decimoquarto Kalendas Februarii anno 1569. quarto sui Pontificatus*, formamque tradidit horum censuum impositioni, de quo Virgini. Bocac. in *singular. de interdicitis cap. 18.* Redoa. de *reb. Eccles. non alien. rub. 16. 17.* Navarr. in *summ. c. 17. d. n. 234.* Salazar de *usu & consuet. c. 8. nu. 45.* Ludovic. Lop. de *contract. & negotiation. c. 57.* Baptista in *tract. de usur. & l. 2. C. de pact. inter emptor. §. 2. n. 60.* nam juxta illum nec centenaria, aut immemorialis praescriptio objici potest; Cyriac. *tom. 1. contro. vers. 24. nu. 1. cum sequentibus*, Molin. de *justit. disput. 374.*

53 Sed illa constitutio non ubique recepta est, sic in Germania non est in usu, Bernard. Graevæ. *ad prax. Camera Imperial. lib. 1. conclus. 7. in coronide*; Neque apud Belgas, Lessi. de *just. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 33.* Neque in Avenionensi civitate, Tondut. *question. civil. cap. 59. nu. 5.* Neque in Hispania, Bobad. in *polit. lib. 2. cap. 17. n. 41.* Henriquez in *summ. lib. 7. cap. 20. §. 1. lit. I. Valasc. consult. 133. nu. 10.* & plurimi alii, quos congescit D. Joseph. Vela *dissertat. jur. tom. 2. dissert. 33. n. 20.* de quo dubitari non potest, extante *l. 10. tit. 15. lib. 5. Recopil. ubi ita declaratur.*

Nihilominus D. Covarr. praesens assertio ab omnibus proculdubio est admittenda; nam census redimibilis semper redemptioni subicitur, nulla obstante praescriptione, ut quotidie videmus observari, nam hoc est de natura hujusmodi censualis contractus; Cenc. de *cesib. p. 2. cap. 1. q. 3. art. 7. à principio*, Gratian. *discep. c. 258. nu. 18. 19.* Gutierrez. *practicar. lib. 2. q. 168. nu. 4. vers. Et primo fallitur.* Rota apud eundem Cencium *decis. 151. nu. 2. & 5.* Olea de *ces. jur. tit. 3. q. 2. nu. 42.* Petr. Gregor. de *cesib. q. 5. n. 33.* adeo ut pacto coarctari, aut tolli facultas redimendi non possit, Olea, *ibi*, Duard. *ad Bullam, §. 6. q. 39.* Leonard. de *usur. q. 67. per totam.*

Verf. Postremo frequentissimè.

54 Pacta emptori onerosa pretium minuunt, *fund. partem 79. ff. de contrah. empt. Cyriac. controvers. 63. nu. 43. 48.* Ripa in *l. 1. §. si haeres, nu. 25. ff. ad*

Trebellian. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. nu. 38.* & de *retract. convention. in proem. nu. 20.* Menoch. *cons. 1169. n. 7.* Cognol. in *l. 2. n. 243. §. C. de rescindend. vend. Olafsch. decis. 91. nu. 10.* Sic pactum retrovendendi, non gravamen emptori infertur, succedit in locum partis pretii, ipsumque extenuat in tertia, vel quarta parte, secundum regionis consuetudinem, vel iudicis arbitrium; Lessi. *d. lib. 2. c. 22. dub. 14.* Bonacin. *oper. moral. tom. 2. tract. de contract. disp. 2. quest. 4. de cesi. n. 7.* Cagnol. in *d. l. 2. C. de pact. int. emptor. Cyriac. contro. 255. nu. 41. cum seqq. tom. 2. Mascard. de probat. conclus. 447. nu. 7.* Menoch. de *presumpt. lib. 3. pres. 122. nu. 9.* Castill. *lib. 2. quotidian. cap. 25. à nu. 63.* Caroc. de *locat. tit. de usur. quest. 11. n. 15.* Scacc. *sub. §. 1. quest. 3. n. 37.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 97. n. 6.* Rodrig. de *ann. reditib. lib. 2. quest. 2. n. 8. 24.* Gamma, *decis. 178. n. 9.* Gratian. *d. cap. 258. ex n. 37.*

Justus autem valor censuum redimibilium taxatus est, *l. 12. tit. 15. lib. 5. Recopil.* nam si perpetui sint, viginti unum, si ad vitam unius, decem unum; si ad vitam duorum, duodecim unum in singulos annos reddunt, poena privationis statuta in Tabellionem conscientem instrumentum censuale, in quo ea taxa non observetur.

Sed eam legem restringunt frequentius Hispani Interpretes ad census, qui de novo constituuntur; nam jam constituti, non obstante ea constitutione, minoris vendi possunt, Sarmient. *lib. 7. select. cap. 1. nu. 2.* Cancer. *variar. part. 2. cap. 1. num. 281. & part. 3. cap. 1. num. 162.* Noguer. *allegat. 37. num. 69.* Dom. Larr. *allegat. 25. num. 2.* Thom. Sanch. *confisior. moral. lib. 1. cap. 17. dub. 19. num. 4.* & sic praescribitur testis est Gasp. Rodrig. *supr. lib. 1. quest. 8. nu. 7.* Salazar de *usu, & consuetud. cap. 11. nu. 93.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 2. nu. 3.* Giurb. *decis. 117. nu. 13. vers. Primo casu*, Cenc. *supr. cap. 2. quest. 8. artic. 6. num. 21. 22.* est contrarium teneant D. Covarruv. *infra lib. 3. cap. 10. num. 3. vers. Caterum*, & alii, quos refert Hermos. in *l. 23. gloss. 4. num. 26. tit. 5. part. 5.* Quas sententias ex Feliciano, & aliis conciliat Olea *supra, titul. 6. quest. 10. num. 8.* ubi afferit primam procedere, quando venditor non se obligat ad securitatem census ac reditum: Secundam, cum ad utrumque se adstringit.

Ad Num. 9.

De his latius D. Covarr. *infra lib. 3. c. 8. nu. 6. §. 7.* & quidem quoad primum pactum, quo conventum est: ut nisi intra certum tempus redimatur census, maneat irredimibilis. Ubi Bulla Pij Quinti admittitur, (nam alibi non obligat Becan. de *just. & jur. ad quest. 78. D. Thomæ quest. 7.*) usurarius iudicabitur contractus, ac nullus momenti; etenim inter alias conditiones, quae in ea desiderantur, una est, quod semper redimere liceat, nulla obstante temporis praescriptione; & in fine subditur: *contractusque sub alia forma post hac celebrandos feneratorios iudicamus.* Atque sic docent, Bonacin. *d. q. 4. n. 40. vers. Ex quo patet, & n. 43.* ubi alios Theologos refert: Tondut. *q. civil. c. 61. n. 6.* Cenc. *q. 38. n. 7.*

Sed ubi talis constitutio recepta non est, ut in Hispania, pactum duntaxat vitabitur, ac rejicietur, subsistetque contractus, cum libera redimendi quodcumque facultate, ut cum D. Covarr. sentiunt Rebuffus *ad leg. Galliae 10. 3. tit. de constitut. redituum, art. 1. gloss. 17. n. penult.* Joan. Garc. de *expens. cap. 9. nu. 75.* Cardos. in *prax. verb. Censu, n. 10.* Gutierrez.

tierr. de *delict. q. 82. num. 32. 40. in fine, & 41.* Molin. de *just. disp. 391.*

60 Quod ad pactum alterum: ut non liceat intra certum tempus redimere, usurarium esse, multi sentiunt, totumque contractum inficere, & irritare; de quo Rodriguez *supr. lib. 2. quest. 1. num. 15.* Felice. de *cesib. lib. 1. c. 7. num. 6.* Gutierrez. *supr. quest. 82. n. 33. cum seqq.* D. Covarr. *infra d. lib. 3. c. 8. num. 8.* qui ait, in emptione annui reditus, quia odiosa est, & magis proxima viro usuræ, hanc solam conventionem pacto retrovendendi aditam irritare contractum: licet cæterarum rerum venditione alia sint necessaria adminicula, ut praesumptio usurarum inducatur. Sequuntur Menoch. *cons. 445. num. 14.* ubi plures, Hieronym. Gabr. *cons. 34. nu. 7.* Joan. Baptista Lupus in *l. 2. §. 1. nu. 42. in 2. lect. C. de pact. int. empt. & vendit.* Guid. Pap. de *contract. nu. 26.* Mascard. de *probat. conclus. 441. n. 6.* Azeved. in *l. 4. n. 38. tit. 6. lib. 8. Recopil. Contrarium tamen, & sic quod valeat contractus, modò in pretio servetur aequalitas, sustinent Gutierrez. n. 38.* Felician. *d. c. 7. à n. 5.* Molin. *supr. & alii, quos isti referunt.*

61 Et utrumque pactum licitum, ac justum esse, si cum deminutione pretii restrictio facultatis redimendi censum mensuretur, seclusa constitutione Pii Quinti, docet Lugo de *just. & jur. tom. 2. disp. 27. n. 111. cum sequentibus*, pretium enim minuitur ob pactum retrovendendi; sed non ita minuendum est, restricta facultate redimendi, ac si libera foret; quæ sententia quoad forum animæ rectè procedit, in quo secundum veritatem iudicatur; non sic quoad forum contentiosum, in quo locus est praesumptioni, propter quam illæ actiones rejiciuntur, & improbantur, quæ usurarum speciem videntur continere; atque ita sunt intelligendi DD. proximè laudati.

AD CAPUT X.

De Sacramento Confirmationis: ad interpretationem textus in cap. Quanto 4. extr. de consuetud.

SUMMARIUM.

- 1 Qui de Sacramento Confirmationis egerint, ostenduntur.
- 2 Intellectus cap. quanto, de consuetud. remissivè.
- 3 Desinitur Confirmationis Sacramentum.
- 4 Confirmatio est unum ex septem Ecclesie Sacramentis.
- 5 Penes Ecclesiam est potestas decidendi infallibiliter fidei controversias.
- 6 Omnia Sacramenta Legis gratia fuerunt à Christo instituta.
- 7 Explicatur l. II. tit. 4. p. 1.
- 8 Quando fuit Sacramentum Confirmationis institutum.
- 9 Quæ sit ejus forma.
- 10 Quæ materia proxima.
- 11 Quæ remota.
- 12 In Sacramentorum administratione alia sunt de necessitate Sacramenti, & alia de necessitate præcepti.
- 13 Non possunt per Ecclesiam substantialiter immutari, quæ in Sacramentorum administratione Christus adhiberi constituit.
- 14 An sit materia necessaria Sacramenti Confirmationis Chrisma, vel Oleum ad ipsius valorem sufficiat? Proponitur opinio tenens, Chrisma esse de necessitate Sacramenti.

15 Refertur sententia docens, oleum sufficere ad validitatem Sacramenti.

16 Eligitur prima, & explicatur cap. i. de Sacramento. non iterand.

17 Arrianorum heresis versabatur circa Sacramentorum reiterationem.

18 Ratio dubitandi ad d. cap. i. proponitur.

19 Chrisma apud Græcos quid significat.

20 Sacramentum Confirmationis omitti absque culpa lethali potest.

21 Idem est, licet imminet periculum negandæ fidei.

22 An sit aliquando mortale crimen! remissivè.

23 Est culpa lethalis, si omittatur ex contemptu.

24 Utrum venialiter peccet, qui hoc Sacramentum non recipit?

25 Ordinarius minister Sacramenti Confirmationis est solum Episcopus consecratus.

26 Simplex Sacerdos ex commissione Pontificis est extraordinarius minister ejus Sacramenti.

27 Sacerdos hæreticus, aut quomodolibet ab Ecclesia præcisus, valet consecrare corpus Christi.

28 Episcopus ab Ecclesia separatus non privatur potestate conferendi valide Confirmationem.

29 Potestas, quam habet simplex Sacerdos ad conferendum hoc Sacramentum, pendet à commissione Pontificis.

30 Simplex Sacerdos non potest ex delegatione Episcopi administrare Confirmationem.

31 Simplem Sacerdotem non posse ex delegatione Pontificis ministrare Confirmationis Sacramentum, qui doceant?

32 An minores Ordines sint Sacramentum? Refertur negativa.

33 Assertiva probatur.

34 Prima Tonsura an sit Ordo, & Sacramentum?

35 Pontifex potest committere simplici Sacerdoti collationem minorum Ordinum.

36 Abbates benedicti Sacerdotes quasi Episcopalem jurisdictionem habentes jure communi conferbant minores Ordines subditis suis, tam Religiosis, quam secularibus.

37 Ea potestas coarctata est à Concilio Tridentino ad Religiosos.

38 An hodie possint Ordines minores Novitiis suis conferre?

39 Cardinales presbyteri suis familiaribus minores Ordines conferunt.

40 Collatio Sacrorum Ordinum non potest per Pontificem simplici Sacerdoti committi.

41 Quod possit Ordo Diaconatus, & Subdiaconatus simplici Sacerdoti per Pontificem committi conferendus, probant aliqui.

42 De potestate necessaria ad absolutionem Sacramentalium, qui tractant.

43 Potestas jurisdictionis ad absolvendum Sacramentaliter requiritur de jure divino.

44 Sacerdos alius non habens jurisdictionem absolvere potest in articulo mortis constitutum.

45 Potest etiam quemlibet à peccatis venialibus absolvere.

46 Pontifex, est potuerit, non est verosimile, errasse in decisione textus in cap. pervenit, 95. dist.

47 Pontifex errare non potest quoad substantiam in rebus moralibus, quando aliquid pro Ecclesia universa decernit.

48 Pontifex non tenetur Cardinales consulere in definitione controversiarum fidei, aliarumve gravium causarum; licet rectius faciat, si consulat.

49 Pontifex errare non potest in canonizatione Sanctorum.

50 Exponitur locus, qui Divi Augustini esse dicitur.

51 An liceat defunctorum Reliquias venerari, quos san-

- 70 *Chitate floruisse credimus, antequam per Ecclesiam declararetur?*
- 52 *De veneratione Reliquiarum, ac imaginum Sanctorum, qui tractent.*
- 53 *Cur non liceat vermes ex corporibus Sanctorum factos venerari, remissive.*
- 54 *Ad Episcopum spectat decernere, an Reliquia sint illius Sancti, cuius esse dicuntur?*
- 55 *Reliquia Sancti si misceantur reliquiis hominis non sancti, non sunt proponenda ut venerentur, quando separari & dignosci non possunt.*
- 56 *Pontifex potest committere simplici Sacerdoti facultatem conferendi Confirmationem.*
- 57 *Et sufficit ad facultatem eam concedendam, quod eligatur, licet Episcopus non sit.*
- 58 *Mortuo Pontifice, qui commisit, non cessat potestas administrandi.*
- 59 *Non requiritur causa ad delegandum hoc ministerium, saltem ad valorem Sacramenti.*
- 60 *Cessante necessitate, propter quam talis fuit delegata facultas, ipsa persistit.*
- 61 *Simplex Sacerdos ex institutione Divina est extraordinarius minister Confirmationis Sacramenti.*
- 62 *Potestas administrandi Sacramentum Confirmationis a non Episcopo prescribi nullo tempore potest.*
- 63 *Idem dicendum est de omnibus, quae ordini Episcopali sunt annexa.*
- 64 *Utrum consecratio Episcopalis Ordo sit a Sacerdotali distinctus?*
- 65 *Qui Sacerdos non est, an possit Episcopus consecrari? Refertur negativa.*
- 66 *Proponitur Contraria.*
- 67 *Ex institutione Divina Ordo Sacerdotalis procedere debet consecrationem Episcopalem.*
- 68 *Nullam esse consecrationem in Episcopum, nisi Sacerdos consecratus sit, receptius est.*

DE Sacramento Confirmationis videndi sunt textus in c. unico, §. per frontis de Sacrament. unctio. c. 1. de Sacrament. non uerand. c. pervenit 95. distinct. c. 1. cum octo sequentibus, de consecrat. dist. 1. Concil. Trident. sess. 7. cap. de confirmatione, l. 11. tit. 4. p. 1. Cardin. Bellarmin. l. unic. de Sacram. Confirmat. Vivald. in candelab. aureo de Sacrament. tit. de confirmat. Angles in florib. Theolog. part. 1. de Confirmat. Alphons. Alvar. in specul. jur. Pontific. tit. de Confirmat. Ugolin. de potestat. Episcop. c. 25. Jacob. de Grassis in aur. decis. lib. 1. tit. de Sacra unctio. Chamberot. de Sacrament. tract. de Confirmat. Petrus Gregor. syntagmat. lib. 2. cap. 15. Reginald. in prax. for. penit. lib. 28. Cardos. in prax. Judic. verb. Sacramentum Confirmationis, August. Barbof. de potestat. Episcop. part. 2. alleg. 30. Zerol. in prax. Episcop. part. 1. verb. Crisma; Bonacin. oper. moral. tract. de Sacrament. disput. 3. de Confirm. Dian. resol. moral. p. 3. tract. 4. de Sacrament. Confirmat. Navarr. in manual. cap. 22. num. 8. Galgauer de jur. public. lib. 3. tit. 86. Petr. de Ledema in summa. p. 1. tract. de Sacrament. Confirmat. Castr. ad vers. heres. lib. 4. verb. Confirmatio, Filiuc. in quest. moralib. tom. 1. tract. 4. Laym. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. Fernandez de Heredia in disput. mixtis dist. 5. part. 3. Coninc. de Sacram. q. 72. art. 3. dub. 1.

² De interpretatione textus in d. cap. quanto 4. de consuetud. agunt, quos refert Barbof. in collect. ad illud cap. in princip.

Ad Num. 1.

³ Sacramentum Confirmationis diversimode a DD. definitur, Bonac. sup. punct. 1. num. 1. illud ita descri-

bit: Est Sacramentum, quo homo viator Baptizatus inungitur in fronte ab Episcopo cum Chrismate, & praescripta verborum forma ad fidei robur consequendum; Pat. Suar. in 3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 33. in princip. aliter definit, docens: Esse Sacramentum novae legis, quo Baptizati in gratia roborantur, & speciali modo Spiritum Sanctum accipiunt. Quae definitiones desumptae sunt ex locis in principio allegatis.

Inter Catholicos nulla potest esse controversia circa hoc, cum nulli liceat inficiari, Confirmationem unum esse ex septem Ecclesiae Sacramentis; quod novissime extat definitum Trident. sess. 7. Canon. 1. de Confirmat. & probatur ex Concilio Florent. in decret. Eugenij, Eliberrin. cap. 37. & cap. 78. Laudicenti cap. 48. Hispalens. c. 7. Parisiens. sub Ludovic. & Lothario, lib. 1. cap. 33. Colonienf. part. 7. cap. 8. Mogunt. cap. 17. & alii. Idem Sancti Patres uno ore farentur, & Summi Pontifices confirmant, Clemens Papa, lib. 3. constitut. cap. 16. 17. & epist. l. 4. Fabian. epist. 2. cap. 1. Fufeb. epist. 3. circa finem, Melchiad. epist. ad Episcop. Hispan. cap. 2. Damas. epist. 4. Innocentius, epist. 1. cap. 3. D. Basil. de Spir. sanct. cap. 7. Nazianz. orat. 40. de sanct. Baptism. Damascen. lib. 4. de fide, cap. 10. Ambros. lib. 2. de Sacram. cap. 2. & lib. 6. cap. 20. August. lib. 2. contra liter. Petilian. cap. 104. & lib. 5. del. Baptismo, c. 20. Sed quoniam haeretici (quorum primus Novatus fuisse fertur) refragantur volentes non esse Sacramentum, sed Ecclesiasticam ceremoniam duntaxat; Lheologi hanc veritatem late probant, de quo ultra jam adductos, Becan. de Sacrament. in specie, c. 14. de Confirmat. quest. unic. per totam, Suar. ubi supra, Valent. in 3. part. D. Thom. tom. 4. disp. 5. quest. 1. punct. 1. Moltes. tract. 4. c. 2. nu. 20. Hurtad. de Sacrament. Confirm. diff. 2. Torreblanc. in pract. habil. jur. spirit. lib. 2. cap. 6. n. 9.

Ad Num. 2.

Est penes Ecclesiam autoritas decidendi fidei controversias, quarum Pontifex, tanquam illius caput, iudex est infallibilis, & regula, cuius definitionibus idem praestari debet assensus, ac articulis, qui apertis Sacrae Scripturae locis nituntur; & hoc est de fide: cap. convenior. 21. §. utinam essim, 23. q. 8. cap. quoties 12. 24. q. 1. l. 5. in fine, tit. 5. p. 1. Becan. in analog. veter. ac nov. testam. cap. 11. q. 3. fuse Barbof. in collectan. ad cap. si Papa 6. 40. distinct. Turcrem. de potestat. Eccles. lib. 2. cap. 19. P. Suar. de defension. fid. lib. 1. cap. 11. n. 1. cum sequentibus, & de fide, disp. 5. sect. 6. nu. 6. Valent. sup. disp. 7. q. 1. punct. 1. vers. Tertio accedit.

Ad Num. 3.

Dogma etiam de fide est, omnia septem Sacramenta novae legis fuisse a Christo Domino instituta; nam cum per illa gratia conferatur, solus Deus, qui est author ejus, potuit talem vim praestare Sacramentis; Valent. disp. 3. quest. 5. de caus. Sacram. punct. 1. a princip. Becan. de Sacram. cap. 5. q. 1. Parlador. differret. 127. n. 7. Suar. dict. tom. 3. disp. 12. sect. 1. Navarr. in manual. d. c. 22. n. 2. 5. & in cap. novit. notab. 3. n. 92. de judic. Victor. de Sacrament. c. 4. Sot. in 4. sentent. dist. 1. p. 3. artic. 5. Card. Bellarmin. tom. 2. controvers. lib. 1. de Sacrament. cap. 24. Valq. in 3. part. tom. 2. disputat. 135. ex nu. 1. & disp. 139. Didac. Per. in l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordinar. Bonac. de Sacrament. dif. 1. quest. 3. punct. 1. n. 5. Coninch. sup. quest. 64. art. 1. dub. 1. Quod aded verum est, ut Becan. n. 2. & Valent. ubi proximè doceant, Christum,

stem, quatenus homo, in Sacramentorum institutione usum fuisse potestate delegata Divina, quoniam propria instituere illa non possit.

⁷ Et quoad hoc cavendum est à dict. l. 11. tit. 4. p. 1. ubi haec verba: (loquendo de Sacramento Confirmationis:) *E este Sacramento fue establecido en Santa Iglesia, a semejança de lo que facian los Apostoles, quando ponian las manos sobre los hombres, è resebian el Epiritu Santo.* Nam videtur probari, in Ecclesia fuisse institutum aliud Sacramentum distinctum ab eo, quod Christus instituit, & quo utebantur Apostoli per impositionem manus. simile enim non est idem; Gloss. verb. *Dolum*, in l. quod Nervia 32. ff. de post. Bertazol. de claus. intrument. claus. 27. gloss. 12. num. 1. Menoch. cons. 406. num. 50. Everard. in loc. legalib. loc. à simili, Ferrer. in Constitut. Cathalon. gloss. 7. num. 10. Sed illa verba debent interpretari, ut similia Concilii Florentini, cap. de Sacrament. ibi: *Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio.* intelligit P. Suar. diif. disputat. 33. sect. 4. vers. Tertio, principaliter, ad finem, ait enim non significari per ea verba, diversa esse Sacramenta, aut eorum ritus, quod verum non est; sed hoc ipsum facere Episcopos nunc confirmando, quod Apostoli faciebant manus imponendo; idemque hodie significari Confirmationis nomine, quod olim manus impositionis verbis; & sicut dici possunt Episcopi similes Apostoli fuerint verè Episcopi quoad substantiam, potestatem Ordinis, ejusdemque rationis cum suis successoribus Episcopis scilicet, superiores tamen jurisdictione, & aliis gratis: Ita Confirmatio similis dicitur manus impositioni; non qua ritu aut substantia differant, imo potius quod eandem rationem Sacramenti retinent, licet in quibusdam effectibus gratias majorem quandam excellentiam habuerit Apostolorum manus impositio, & propter hujusmodi circumstantias, similes, dici possunt, cum jam per omnia idem non sint, nec non ob majorem excellentiam Apostolorum ministrantium: & verbum *Establecido*, referendum non est ad institutionem primævam, sed ad usum; nam Ecclesia Confirmationem loco manus impositionis subrogavit (ut Concilio Florentino ostenditur) constituens, quod olim Apostoli per manus impositionem conferebant.

⁸ Quo tempore Sacramentum Confirmationis fuerit institutum, tractat Suar. dict. tom. 3. disp. 32. sect. 2. qui sentit, nocte Coenae Christum hoc instituisse Sacramentum, Christum consecrasse, ac formam ministrandi Apostolis tradidisse, sed neque ab ipso, neque ab alio ante Dominicam Ascensionem fuisse administratum; Bonac. dict. quest. unic. punct. 1. n. 2. Reginald. lib. 28. nu. 4. Bellarmin. Filiuc. Bartol ab Angel. apud Bonacin. & constat ex epist. 2. Fabiani Papae.

¹⁰ Forma Sacramenti hujus est: *Consigno te signo Crucis, & confirmo te Chrismate saluti in nomine Patris, &c.* Materia proxima, unctio Chrismatis benedicti in fronte confirmandi, signo Crucis ibidem facto, cum impositione manus Episcopi. Materia remota, de qua impraesentis, est Christum ab Episcopo consecratum ex oleo olivarum, & balsamo confectum, Concil. Florent. ubi sup. d. c. unico, §. per frontis, l. 7. tit. 5. p. 1. Becan. de Sacram. dist. c. 14. in princip. Bonacin. dict. quest. unic. punct. 3. Suar. d. disp. 33. sect. 1. usque ad 5. Valent. dict. disp. 5. quest. 1. punct. 2. & 3. Barbof. d. allegat. 30. num. 22. & allegat. 31. nu. 2. Chamberot. de Sacrament. tract. de Confirmat. cap. 2. & 7. dub. 1. Emman. Sà in summ. verb. Confirmatio, num. 10. Henriq. in sum. lib. 3. cap. 2. §. 4. Fil-

liuc. tract. 3. cap. 1. num. 20. Dian. sup. r. sol. 27. Coninc. quest. 72. art. 4. num. 65. Tolet. in summ. lib. 2. cap. 24. num. 2. Navarr. d. c. 22. nu. 8. Grassis sup. part. 2. lib. 1. c. 5. num. 16. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 2. cap. 9. & part. 2. lib. 5. cap. 1. quest. 4.

Circa quae notandum est, in hoc, sicut in caeteris Sacramentis, alia requiri de necessitate Sacramenti, & alia de necessitate praeepti. Prima sunt, quae ex divina institutione debent intervenire in Sacramentorum administratione, quorum si aliquid desit, aut substantialiter immutetur, deficit Sacramentum. Secunda, quae Ecclesia, ut adhibeantur, praescripsit, horum defectus non impedit perici Sacramentum, peccat tamen minister gravius, aut levius, secundum gravitatem, vel levitatem ejus quod omittitur. Ratio est: nam Christus Dominus ita demum voluit conferri gratiam per Sacramenta, si omnia à se constituta adhibeantur, unde si ea non observentur quasi deficienti conditione, Sacramentum non erit sed illis positus, etsi praetermittantur quae ab Ecclesia sunt abdita, ista omisso impedire nequit, ne Sacramentum conficiatur secundum divinam Authoris voluntatem; Suar. d. tom. 3. in 3. part. disp. 2. sect. 6. in princ. p. Bonacin. tom. 1. disp. 2. de Sacrament. in genere, q. 13. ult. punct. unic. num. 1. 2. Quare materia, aut forma, aliudve in Sacramentis necessarium ex institutione divina, non potest Ecclesiastica lege substantialiter immutari, Lugo de Sacrament. disput. 2. sect. 6. Suar. d. disp. 2. sect. 3. 4. Becan. c. 1. quest. 5. & communiter Theologi, de quo Trident. sess. 21. c. 2.

Quibus praenissis succedit questio, de qua hic D. 14 Covarr. num. scilicet, ut valeat Sacramentum Confirmationis, sufficiat unctio olei consecrati, quasi hoc solum sit de necessitate Sacramenti, vel sit omnino necessarium Christum ex eo, & balsamo factum? Et hoc ex institutione Christi esse materiam hujus Sacramenti, probatur in Concil. Colonienf. & Florentino, in doctrina de Sacrament. Confirmat. tenentque Dian. sup. resolur. 23. vers. Sed alii, Tedelm. d. c. part. 1. cap. 2. conclus. 7. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 6. diff. 2. nu. 2. Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 2. num. 1. Zambram. de casib. temp. mort. occurent. cap. 2. nu. 2. Cerda, in question. pro Laur. Salmant. quest. 9. scholastica, Nugn. in 3. part. tom. 1. quest. 72. art. 3. Pittigian. in 4. sentent. dist. 7. quest. 1. art. 3. Coninc. de quest. 72. art. 3. dub. 1. n. 30. Gabriel in 4. dist. in 7. art. Innocent. in d. c. 1. de Sacrament. non iter. Hostienf. ibidem, Sylvest. in summ. verb. Confirmatio Divina, Bonacin. dict. quest. unic. punct. 2. num. 1. & 2. quod late probat Suar. d. disp. 33. sect. 1. vers. Dico ergo quarto.

Oppositam sententiam cum D. Covarruv. sequuntur non pauci asserentes, admixtionem balsami esse tantum de necessitate praeepti atque ita unctio olei consecrati effici Sacramentum, etsi illicite fiat; Navarr. d. cap. 22. num. 8. Rube de Sacrament. in 4. sentent. dist. 7. §. balsamum. 7. Barbof. d. allegat. 31. n. 3. Cajetan. in 3. part. q. 72. art. 2. Carril. in itinerar. Ord. sect. 3. c. 3. n. 6. Petr. Reina in summ. Sacram. de Confirm. n. 3. Etti. in 4. sent. dist. 7. §. 8. Zanard. in director. Theolog. moral. part. 2. Philiarc. part. 2. lib. 1. cap. 11. Angles de confirmat. art. 22. conclus. 2. Victor. de Confirmat. conclus. 40. Vivald. eod. tract. cap. 2. nu. 3. Valent. dict. di. p. 5. quest. 1. punct. 2. vers. Questio est autem, Emmanuel Sà, verb. Confirmatio, num. 7. Quae opinio probabilis est, ut fateatur Suar. ubi proximè, vers. Uimò constabit, in fine, & Filiuc. tract. 3. c. 1. quest. 5. nu. 11. Imò Valent. vers. Est autem, ait, eam tot VIORUM